Margæ. 3. Margæ: lapidosa. crustacea. liquida. friabilis. figurata. cretacea &c. inter quas Lithomarga crocea, spongiosa, summitati rupium altissimi montis dns Bnbirth contigui cum monte Keyserstuhl inhærens, facilè excellit.

Lutum. 4. Lutum: Argilla. Ochra &c.

## Sectio II.

## De Silicibus in nostris Regionibus, ac Torrentibus frequentiùs obviis, aliisque lapidibus iis Congeneribus.

§. 5.

Silices vulgares. Silices vulgares uniformis substantiæ, et coloris: è luto, vel argillâ formati.

Arenarii. 6. Silices vulgares uniformis substantiæ, sed diversi coloris: ex Arenâ formati, Arenarii dicti. è Sabulo, Sabulosi. è Glareâ, Glareosi. è Siliculis minoribus, Siliculosi dicendi.

Maculosi superficiales. 7. Silices maculosi maculis tantùm superficialibus, et substantiam Lapidum minimè penetrantibus: Maculis ferrugineis, nigris hinc inde in superficie apparentibus. maculis rubris tantùm superficiem tanquam zonis rubris horizontalibus et parallelis cingentibus, Silex zonatus dicendus.

Maculis in fossulis hærentibus. 8. Silices maculosi maculis tantùm superficialibus, sed in fossulis hærentibus, ac si digitis impressæ essent: maculis albis crustaceis. maculis luteis tenuioribus. maculis rubentibus, ac veluti sanguineis, propter quas huiusmodi Lapides vocantur Lapides Sti Stephani.

9. Silices,